

seruatum, & proueniet distantia solis horizontalis meridionalis, id est ab ortu æquatoris uersus meridiem connumerando.

PRONVNCIATVM XLIII.

Distantiam solis horizontalem à circulo uerticali diuersa ratione indagare, sed eiusmodi quæ ad oēs stellas fixas & erroneas queat cōmode adhiberi.

Primum omniū hic duc sinum cōplementi declinationis  $\odot$  in sinum distantiae  $\odot$  à meridiano scilicet in æquatore, semp pro una hora 15. gradus cōputando, pductum diuide in sinum totū, & quotientē sepone ante te seorsim, (eum inuenire didicisti etiam pronunc. 31. siquidem distantia est solis ab intersectione æquatoris & horizontis) quū arcus eius inquiris, appone etiam sinū cōplementi altitudinis solis, minorē duc in sinum totū, pductū diuide in maiore, quotientis arcus ex 90. subtractus, relinquet distantia solis horizontale quæ sitam. Exemplū habe tibi huiusmodi. In ipso die intronisationis fuit sol in 2.gra. 26. mi. II intronisatio autē facta est hora 9. ante meridiē, declinatio solis 20.gra. 42.mi. sicut in 5. pronunc. uidisti, cōplementū eius 69.gra. 18.mi. sinum itaq; huius cōplementi 93.544. duco in sinum distantiae  $\odot$  à meridiano, quæ est 45.gra. (qñ hora 9. ante meridiē facit horas 3. ante meridiē) scilicet 70.710. pductum si diuidam in totū sinum, proueniunt in quo- tiente 66.145. quē deinceps rursus duco in sinū totum, & productū itidem diuido in sinū cōplementi altitudinis  $\odot$  hora intronisationis, altitudinē illam habeo ex 35.36.37. uel 38. pronunc. iam antea inuentam 44.gra. 52.mi. Complementū eius est 45.gra. 8.mi. sinus ue- ro 70.876. quotiens dabit 93.317. arcus uero quotientis est 68.gra. 56.mi. si iam arcū illū à quadrante subtrahas, remanent 21.gra. 4.mi. distantia nimirū solis quæ sita. Intellige in arcum horizontis à puncto intronisationis æquinoctialis & horizontis usq; ad circulum uerticalem, à zenith per corpus solare ad horizontē usq; deductū. Et hic quidē modus inueniendi Azimuth usurpari potest in sole & alijs planetis, atq; adeo stellis fixis omnibus,

PRONVNCIATVM XLIII.

Altitudinem solis supra horizontem omni momento, & ubiunc; genitū adhuc sexta ratione inuenire.

Miraris forsitan quod tam diuersas vias inueniendi altitudinē  $\odot$  supra horizontem cōmonstro, sed desines utiq; mirari ubi cognoueris, nos hīc usq; adeo magnū laborem stra nō adsumpsisse. Nam & necessarū id nobis uidebatur eo maxime, quod tabula alius dinum, quas lingua Arabum Almicantharat dicimus, ad complura instrumēta cōpositiones ad cōmodari solent. Deinde nō parum etiam usum ipsum respeximus, nō rarus diuersi modi alijs atq; alijs sunt gratiōres, imo & alijs temporibus alijs sumptuōres, quamobrē libuit ad hanc rem quoddā uelut copiæ cornu ad cōmodare, ratio in istis habet. Si sinum quē facit horizon cum circulo magno ex sole ad ortum æquatoris ducas in sinum distantiae solis à puncto intersectionis æquinoctialis & horizontis, productum diuidas in sinum totū, arcus quotientis mōstrabit tibi altitudinē solis supra horizontem. Exemplū sit hoc tibi. Ipsa hora intronisationis cupio scire altitudinē solis supra horizontem, esto igitur, ut iam ex 41. pronunc. inuenierim angulū horizontis & circuli magna per solem & æquatoris ortum ducti, is est 70.gra. 8.minutor, sinus eius 94056. si diu- tam in sinum distantiae  $\odot$  ab ortu æquatoris in dicto circulo cōputato, distantia autem iam reperi per 39. pronunc. ad ipsam quoq; intronisationis horā, & est sane 48.gra. 35.mi- nutor, sinus eius est 74991., pductum si diuidā in sinū totū, proueniēt in quotiente 70.533. arcus illius est 44.gra. 52.mi. illa nimirū altitudo  $\odot$ , quam & quinq; superioribus pronunc. docuimus inuenire.

PRONVNCIATVM XLV.

Distantiam solis horizontalem à circulo uerticali alio modo perquirere.

Quia iam superius ostēdimus quidnā sit distantia  $\odot$  à circulo uerticali, superflū fuit idē hīc denuo repetere, itaq; inuentione eius tantūmodo ostēdere libet. Princípio ppone tibi sinū cōplementi distantiae solis à puncto intersectionis horizontis & æquinoctialis, simili-